



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm  
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Conclvsio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

D. HAYMONIS EPISCOPI  
 HALBERSTADENSIS  
 AD SVOS  
 DE CHRISTIANARVM RERVM MEMO-  
 RIA LIBROS.  
 C O N C L V S I O.

**Q**uantum eruditionis, quantum divinarum & humana rerum notitiae pie legentibus Ecclesiastica conferat Historia nostræ fuit experientiæ cognoscere, qui sæpe eam ac studiose legendo, nobis ipsis fecimus fidem. Ut enim eam breviter commendemus: rerum ab initio gestarum edocet veritatem, pios primæ Ecclesiæ actus edisserit, virorum fortium gesta describit, Martyrum sudat agones, Confessorum merita attollit, Doctorum, qui & Patres vocantur dicta & scripta commemorat. Sed quoniam propter multiplicatatem & immensitatem voluminis, fatigat intellectum, onerat audientiam, memoriam involvit, cogitavimus efficere, si Dominus voluerit, ut liber ille immensus ad libellum redigatur. Manuale hoc igitur fieri voluimus, hac utilitate considerata, ut cum Eusebium legeris, facundum quidem eloquio, fœcundum eruditione, sed propter Græcæ linguae copiositatem, de qua translatus est, sermone multiplicem atque prolixum, ideoque à memoria facile recendentem, hunc te libeat videre, nostrumque de eo excerptum inspicere, ad integrum.

tegritatem memoriae reformandam. Ignosce, beate Eusebi, ignosce, neque enim hoc ad tuam molior suggestionem. Parce quæso, & attende. Illum enim sermonem replica; *Amice, non facio tibi injuriam.* Sicut antea nos ecclesiastici viri fecerunt, de libris eruditorum florulos colligendo; dilucidaverunt, prolixa breviaverunt; ita quoque divino operi tuo meum non confero, sed te ipsum refiero, te inspiciens, te adorans, quem pene penitus è vestigio sequor, sed via breviore. Sit igitur liber ille tuus exemplar, hic exemplum: sit ille forma expressior, hic repræsentatio & imago: sit ille rerum notitia, iste memoria. Nam quod ille dicit  
ad notitiam, iste reducit ad memoriam.



IN-